129. Trochitæ orbiculares cum halone è solis punctis. cum halone è punctis, et lineolis minimis conflato. cum halone è lineolis solis, nunc subtilioribus, nunc crassioribus, nunc ab ipso modiolo derivantibus, nunc in medio inter centrum et peripheriam incipientibus, quandoque prævio circulo, quandoque sine circulo, nunc ad peripheriam limbo, vel fimbriâ instructam, nunc planam sine limbo, vel fimbriâ abeuntibus. cum halone.

130. Entrochi seu Columnettæ Trochitarum orbicularium plurium simul unitorum minores et maiores è pluribus et pauciorib. Trochitis conflati. cum superficie supremâ vel infimâ, ut in præcedentibus Trochitis, variè figuratâ. nunc incurvati, nunc recti, nunc manifestis articulationibus dentatis uniti, nunc per solam harmoniam apparentem. nunc geniculati dirodossi, quandoque etiam à se invicem divulsi. quandoque modiolo amplissimo quoque donati, ac internè articulationibus geniculatis uniti. Eorum Entrochi, seu Columnettæ.

Sectio XXXVII.

De Articulis minoribus Animalculorum marinorum pentagonis, seu stellatis simplicibus, Trochitæ pentagoni, seu stellati dictis, cum suis Entrochis, seu Columnettis, id est, articulis unitis, aliisque quibusdam articulis minoribus lapideis.

§. 131.

Trochitæ pentagoni cum suo modiolo varii coloris, et magnitudinis, tenuiores, et crassiores, Rosei, Trochitæ pentagoni.